



Hunt Institute for Botanical Documentation
5th Floor, Hunt Library
Carnegie Mellon University
4909 Frew Street
Pittsburgh, PA 15213-3890
Contact: Archives
Telephone: 412-268-2434
Email: huntinst@andrew.cmu.edu
Web site: www.huntbotanical.org

The Hunt Institute is committed to making its collections accessible for research. We are pleased to offer this digitized version of an item from our Archives.

Usage guidelines

We have provided this low-resolution, digitized version for research purposes. To inquire about publishing any images from this item, please contact the Institute.

About the Institute

The Hunt Institute for Botanical Documentation, a research division of Carnegie Mellon University, specializes in the history of botany and all aspects of plant science and serves the international scientific community through research and documentation. To this end, the Institute acquires and maintains authoritative collections of books, plant images, manuscripts, portraits and data files, and provides publications and other modes of information service. The Institute meets the reference needs of botanists, biologists, historians, conservationists, librarians, bibliographers and the public at large, especially those concerned with any aspect of the North American flora.

Hunt Institute was dedicated in 1961 as the Rachel McMasters Miller Hunt Botanical Library, an international center for bibliographical research and service in the interests of botany and horticulture, as well as a center for the study of all aspects of the history of the plant sciences. By 1971 the Library's activities had so diversified that the name was changed to Hunt Institute for Botanical Documentation. Growth in collections and research projects led to the establishment of four programmatic departments: Archives, Art, Bibliography and the Library.

Clarissimo atque Doctissimo viro
Christiano Gottl. Ludwigio
Amico suo plurimum colendo

S. D.

Joan. Francisc. Sequisius.

Maxima quidem admiratione deinceps, cum tot sint in regione vestra
accerum strepitus, tot hostium turmae, tot inimicae legiones, patriam
tua perpetuis militum excursionibus obversa sit, tributisq; et vectigalibus
perpessa, sat tibi otii et tranquillitatis superesse, ut Musis etiam dare
valeas, et in tuo Musci secessu, tamquam altus Archimedes, genialibus
studiis vacare possis. Verum id sibi peculiare habent literati viri
ut nullis turbeantur animi sollicitudinibus, nullive aegritudinibus deli-
neantur, tum praecipue in huius temporibus calamitosis, et toti Ger-
maniae exitiosissimis. Numquam tamen apud nos inceperat ~~ita~~ san-
ciatorum militum, aut alia de causa aegrotantium, salutem tibi
demandatam fuisse, quod quidem sine maximo literarum et valetu-
dinis tuae detrimento fieri nequaquam potuit: humanum tamen
est hominem homini prodesse.

Rivierianam et Turnesfortianam methodum ut pote naturali plantarum
cognitioni utilissimam ceteris profecto anteposui, ideoque, dum plantarum
Veronensium catalogum conficerem, alteram alteri conjungere decrevi.
Verumtamen cum in illarum stirpium enumeratione de quibusdam
tantum (ceteris omissis in toto orbe praeventibus) mihi solum
agendum esset, plura neglexi, de quibus in universa plantarum
tractatione dicendum erat. Tu vero, doctus vir, illam provinciam
optime geristi, et staminum, pistillorumque ratione habita, ut te
temporum nostrorum botanicis accommodares, iusto volumine com-
prehensus est, reingue totam absolviisti. Attamen haud negabo

Classis .xvj et .xvij. Plantarum flore relativo monophyto et diplyto negotium aliquod facere, nolumque tot plantas ex suis sedibus deturbatas esse, ut in illas classes referantur? Porro id parvi tamen refert, cum tua methodus plantarum cognitioni admodum conducat. Nobis in dies emergunt planta, indeque nova genera, interdum in libris magno pretio comparandis descripta: botanicorum utilitati optime consulueris, ea omnia manuali volumine comprehendere. Inter ea Sequieriam meo cognomine donatam a celeberrimo Linnæo reperi: at cum Systematis sui editio huc memorata nondum in hæc oras perlatam sit, quoniam illa apud plantam aspectu donetur nondum scio. Grata tamen Tibi, Linnæoq. refero. Cum infirma valetudine ab aliquibus annis pauci, gravique rheumatismi dolore anno præterito elapso una cum ischiade laborarem, ab excursionibus botanicis prorsus abstinere coactus sum, idcirco paucula semina collegi, quæ tamen ad manus erant, lubens mitto, et in fasciculo recondita invenies.

Ut autem symbolam conferam, Tibique paream, a clonico Selvagio Professore Monspeliensi, qui te plurimi scit, et salutem tibi impetit, Scholæ et Universitatis medicinæ illius Urbis notitiam petii, schedamque quam remisit accipe, in qua Professorum nomina, et munera quibus defunguntur descripta sunt. Thesium fasciculus huic accessit. Similem Universitatis Avenionensis notitiam aliunde accepi, eamq. totam referas cl. viro D. Calvet Professore primario ejusdem Universitatis, qui, una cum Speculo virorum illustrium qui ab origine ad nostra tempora in illa claruerunt, alia plura adjunxit, Tibique lubens offert, ut in usum tuum convertas.

Academiæ Regiæ Monspeliensis notitiam etiam petii, at nondum adventit, si antequam epistolam obveram, venerit, alius accedet, sin vero illam ex editis concinnantem meo munere proferam.

Nullus dubito quin ab anno 1757 Commentariorum tuorum de rebus in
Medicina et scientia naturali gesto alia volumina prodierint. Voluminis
sexti partes prima et secunda jam ex tua liberalitate ad manus sunt.
Si aliae jam vulgatae sint fac ut habeam velim, tibiq; plurimum devinciar.
nam scriptorum tuorum lectione admodum delector. Si ad amicum
Schlaegerum Gotham mittas, facili via indee huc usque perferrentur.
Caroli Allioni decessum opusculum de miliarum febrium natura form
nondum nosti? fasciculo nostro accessit. Morbus ille nondum apud
nos grassatus est, faxit Deus ut nunquam irascat.

Paucis abhinc annis Lipsiae ediderunt doctum Schwartzii opusculum
De ornamentis librorum et varia rei librariae veterum suppellectile. an. 1756.
Si exemplar ad me mittas passis gratissimum mihi erit.

In Actis Eruditorum quae apud vos eduntur, interdum notitia subit nonnullarum
Inscriptionum antiquarum, Graece, aut Latine loquentium. Si igitur in
voluminibus ab anno 1754 (ceteris omissis) et sequentibus aliqua
memorata sit, moneras rogo, noteq; velim paginam et volumen quibus
continentur, primaq; epigraphas verba, ut quoniam sit mihi innotescat.
Opusculum itidem, quae docti Germani ab eodem anno in vulgus emiscent, huc
Spectantia titulos et editionis loca moneras ^{stam} velim. Vale vir amicis-
sime, meq; inter addictissimas homini tuo reputa. Nemausi
Kal. Martii an. MDCCLXI.

Notitia Academiæ Monasteriensis nondum venit, alias mittam.

2 An Siquierius inscriptionum antiquarum Catalogum ediderit,
cognoscendum est ex ipso. Haller.